

D. O. M. A.

AUTOSCHEDIASMA
EPISTOLICUM

AD

GERMANIÆ GLORIOSÆ
PATRES CONSCRIPTOS

ET

CIVES MAXIME SUOS

hodie

CLAROS,

Quo

Scribendæ B. c. D.

POMERANIÆ LITTERATÆ
institutum atque consilium

aperit, exhibet, commendat

BENJAMIN *Boerne*/Pomeranius,
Philosophiæ Magister & in Academia Gryphiswal-
densi Professor Ordinarius.

Impressum

Ipso Jubilæo Svedo-Pomerauico Anno MDCCXCIII.

Sumptibus JOHANNIS CHRISTOPHORI WEIDNERI
Bibliop. Schneebergensis.

Coll. diss. A
90, 48

27
a. XC. 48.

D. O. M. N.

AUTOSCHIEDIASMA
EPISTOLOGUM
GERMANIAE GLORIOSAE
PATRES CONSORTIOS
CIVES AMABILIS
S. O. S.

D. O. M. N.

ROMERANNA LITTELLA
MILITUM COPULATA
SEMANTIA ROBERTA PORTANA
L. O. S. S. O. S. S. O. S.

L. O. S. S. O. S. S. O. S.

L. O. S. S. O. S. S. O. S.





I. N. J.



UIS VERO ARMATISSI-
MÆ PIETATI POTEST
RESISTERE? Vicit, fateor
VOBIS, O GERMANIÆ
GLORIOSÆ PATRES LIT-
TERARUM, in communi patria
ANTISTITES & INTER-
PRETES: fateor VOBIS, O CIVES & PO-
MERANI NOMINIS FAUTORES, vicit
mea in DEUM & patriam pietas, armatissima pie-
tas illa vicit! Sed nec luctam dissimulare debeo, qui
me victum esse & agnosco, & ipse in simulo. Verean-
tur alii turpitudinem suam allegare, siquidem fidem
sibi in eo abrogatam esse norunt: nil tale habent victi
conditio ejusdemq; professio, quam quoq; animus, præ-
claros in ausus ardens, comitatur. Nox quidē ignoran-
tiæ & fœdissimæ barbariei, qua olim involvebatur Ger-
mania, eo tempore decessisse vidēbatur, quo & Christi
sacra emendabantur, & horū antistites atque Statores
simul instaurandis repurgandisque litteris incumbe-
bant; Sed non unà nox ablata est teterrimæ calu-
mniæ, qua nihilo fecius Germano nomini id imprope-
rii est objectatum, ac si nemo hoc sub cœlo editus ad bo-
nas artes rectaque studia natus haberi possit. Perva-

A 2

gator

gator est querela, quam ut multis exemplis compro-
 barinunc debeat; non tamen mihi tempero, quin,
 quæ pectus meum ustularunt, publicæ heic detestati-
 oni exponam. Commune id esse Italorum, Græco-
 rum & Hispanorum ingeniis, nationes quascunque
 viliores suis pendere, historiæ annotarunt. Sic
 Græci Davos, Getas in servilia nomine conjece-
 runt, Teuthonesque, quos Titanes dixerunt, terra
 ortos proclamant. Sic Hieronymus Car-
 danus, Italorum Astrologus miratur Erasmi
 Roderodami genituram explicaturus, Germa-
 nos talem dedisse virum, qui ingenio par Italo
 posset haberi. Sic BARTHOLOMÆUS
 FACIUS LIGUR, eo quod latine magis Ar-
 riani historiam de gestis Alexandri Magni exhi-
 buit, quam PETRUS PAULUS VERGERIUS,
 eam hoc fine Alphonso Aragonum Regi dedi-
 cavit, ut prior editio Germanis incultioribus
 (hæc enim sunt ipsius verba) relinqueretur, sua
 autem Italis tanquam politioribus serviret. Ne
 CAMPEGIUM præteream, qui verso ad Ger-
 maniam podice (sit honor auribus) aspice [ait]
 nudatas, barbaras terras. Sic mirum DA-
 MIANO GOES LUSITANO videtur, Germa-
 niam Melanchthonem exhibuisse, qui cum suis
 Hispa-

Hispanis potuisset in arenam descendere, interea uti Germania gentem robore conspicuam, dignamque laudibus protulit, ejus originem à Germanis ad Romanos vel Trojanos avocare, Italorum tentavit versutia. Unde ÆNEAS SYLVIUS Germanos se satis nobiles putare ait, scire se à Romanis, vel Trojanis ortos. Quid non ineptiarum crevit ab eo anno, qui Barbari Papatus author fuit? Compilatum est chaos mendaciorum, ut Bavari, Palatini, Marchiones & Hennebergenses, ad Romanos, Franci, Britanni & Saxones ad Trojanos Germanico subtraherentur Stemmati. Nobilem quendam Romanum Saulini generis, cum Gothi populabundi Italiam devastarent, in Franconiam Germaniæ pacis ergo se contulisse, nemusque (ubi arx Hennebergena) intrasse, cujus amore ipsum cum suis ministris captū fundamenta futuri habitaculi jecisse, ubi per dix, adscitis sibi pulis, aufugerit: Hinc Hennebergiam appellatam, Quasi vero ea Romanos & Germanos, præsertim Francos tunc amicitia devinxisset, ut ei, qui ex hostiū numero censebatur, hæc fortuna contigisset, quippe ea tempestate, Franci ex Germania,

mania , tanquam Martis angulo in Galliam
 erumpentes obstinate adeo Romanorum po-
 tentiam insectabantur , de monumentis qui-
 dem ab ipsis constitutis parcerent , quorsum
 deatur PHILIPPUS NICOLAI de antiquis re-
 bus gentium Germanarum lib. 2. opp. Latin.
 tom. 2. p. m. 243. Germano commendato peregrini-
 tatem miror, ni & barbariem, repugnasse legere est in
 epist. P. MANUTII l. 3. ep. 2. p. m. 186. Ineptientes
 facere ut Allemannos quis nescit Gallorum esse dicte-
 rium , vid. MORH. Polyh. litt. L. 1. c. 16. p. m. 184.
 conf. REALIS DE VIENNA in discurs. dub.
 contra Thomasi philosophiam aulicam p. 217.
 Non sum adeo barbarus ut subtiles non colam, eosque
 honorare detrectem, quos DEUS honoravit, quos per-
 spicaciæ tessera notavit, documento, hos à se velle coli.
 Neque vero illustrissimis gentibus ibo obtrectatum,
 modo nec Germanum cum capite cerebroque nasci
 prorsus inficientur. Commemorari namque alias
 poterat exauditum quoque in Germania nostra esse
 effusiores risum, quem à Meursio sublatum tra-
 dit Erythræus, cum Lugdunum Batavorum esset
 allatus Josephi Castalionis Anconitani liber va-
 riarum lectionum, quod existimaret, luteum esse
 negotium, nec dignum qui lucem adspiceret, li-
 brum

brum, quoniam nullum jam diu eruditum opus ab Italia prodiisset : Vid. MIRÆUS de scriptorum sec. XVII. p. m. 33. Sed enim absit, ut convitiis certare velimus cum nostris censoribus, & quid opus spongiam quærere aliam pro abstergendis istis calumniis, quam qualem prolixam & exhibet & adhibet immortale Germaniæ decus MORHOFIUS Polyh. litt. lib. 1. cap. 18. p. m. 208. Scribunt multi (quid enim Germanus candor dissimulet ?) imo vomunt libros, quibus ut excuteretur è manu calamus, publica autoritate provideri deberet. Hinc contemptus nostræ gentis apud gentes nasutiores, quæ tamen, si rem accuratius pensitaris, multum Germanorum diligentia debent: id certe vel ipse livor fatebitur, absque Germanis vix tantos in re litteraria progressus facturas ceteras nationes, quæ Germanos quoad antenus Pædagogos nactæ sunt. Fidem rei dictæ & superiori jam seculo factam autumo à GER. BUCOLDIANO, s. carmine de Musarum profectio in Germaniam Coloniae 1529. edito : plenissimam autem fidem factum iri orbis Germanus sperat, cum ipsius MORHOFII de meritis Germanorum in rem litterariam dissertatio singularis lucem est adspectura.

Inve-

Invenerunt interea , quo caderent, locum , vota
MORHOFII. c. inventusque est cordatus **HERTZIUS**, qui pietatis officium subiit & Germaniæ glorioſæ ſe promiſſorem ſtatuit. Eum confido minime ægre laturum , ſi & alii in partem laboris venire ſuſtineant & recenſionem ſcriptorum patriæ ſuæ ſibi vendicent. Suſtulit jam ſignum ad bene de gentis ſuæ ſcriptoribus eorundemque hiſtoria ſperandum **JOHANNES MOLLERUS** Flensburgenſis in quadripartita *Iſagoge* Cimbriæ litteratæ. Hujuſme quantum exemplum movit, tantum, fateor, facta deterruerunt. Exacerbata inde luſta eſt, quæ & ante animum divexabat. Communis ſiquidem patriæ contemptus imbuebat facile peſtus commiſeratione, ut ſi qua poſſem, Gloriam Germaniæ promove-rem. Nec obſtabat muneris ratio, quo exeſſe **PUROS PUTOS** dudum voluerunt, quibus rei momenta publicæ litterariæque conſtant. Hoc igitur modo facile tranſegi cum animo, ut religioni mihi fere conſtituerem ſcripto alicui impendere horam vel unam, ſubductam occaſioni promovendorum in iis profectuum, qui me audiunt, atque impoſterum ſunt audituri. Enim vero cum & difficillimis in negotiis verſantibus graviffimisque in muneribus conſtitutis ſubſecivæ, quandoque ſaltem, horæ ſuppetant, laudabiliterque impendantur, dubitare non potui, poſt peractos maxime primos annos, ubi acti labores in orbem dicuntur redire, aliquid quoque vacivi temporis mihi datum iri honeſtiori *ωαπίρως* occupandum. Aurem ſub hæc vellicabat **CATO**, & rationem quoque

que

que otii reddendam inculcabat in principio Originum suarum, laudante Cicerone pro Plancio. conf. SYMMACHI L. I. epist. I. Nolebam mihi itaque amplius licere otium, nec inertis Galbæ audiebam vocem Catonianæ assiduitati obstrepentem, vid. SVETON. in ejus vita cap. 9. §. 5. Nolebam mihi otium licere, aliosque insuper id scire volebam maxime, quod serio nollem. Aderat mox mentis Catonianæ plane sibi conscius SENECA: Is procul habendi otii medium adhibebat ejusmodi, quod prima fronte in me luctam accensurum videbatur. Audiebam sapientem Romanum fere hæc in verba mihi proloqui: Promitte aliquid publico, cui deinde obstrictus tenearis, otiumque recusare possis, donec data publice fides quodammodo liberetur. Consentiebam verbis in vicem oraculi editis, moxque dispiciebam de argumento, in quo digne versaretur scriptio. Nullum autem erat omnium, quod mihi magis convenire existimare poteram, quam quidem POMERANIAM LITTERATAM. Esto igitur, sane, annuebam versanti adhuc in conspectu SENECÆ, hanc igitur, si DEO ita placuerit, in me recipiam: hanc pro virili accurabo, hęc, hęc otio negotiorum intervalla eleganter dispungam, hanc adeo promitto. Satis habebat SENECA, quod obsequii gloriam mihi relictam vellem, & ita discedebat, ut mecum quasi pacisceretur, ne quando animo excidere pateter illa, quæ scripisset in consolatione ad Polybium cap. XXV. Si volebas tibi otium licere, non convertisses in
B te ora

te ora omnium : nunc autem tibi præstandum est, quantum promisisti, omnibus illis, qui opera ingenii tui laudant & c. Video jam igitur, prolatum à me esse otium, & ex hoc tempore meum mihi incumbere promissum sentio, quod tamen minus oppressurum scriptorem me confido, si professio pietatis accedat, quæ labores susceptos aut laudatos aut certe excusatos præstare solet, vid. TACIT. in vita Agricolæ c. 3. §. 7. Pietas, quæ me primum movit, fuit illa, quæ recte scribentibus & agentibus omnibus merito prima esse debet, honor DEI. Audiatur invidia & contremiscat (quippe bonorum omnium in eo consensum nobis facile pollicemur) fuisse quoque & esse in POMERANIS Viros, qui cum DEO familiariter versati fuerint, & versentur, pulchrumque sibi habuerint, habeantque illud unicum, DEO adhærere; inter quos etiam sola pietate & prudentia, etsi non scriptis perinde conspicuos separatim annotasse juvabit, ad exemplum JOH. LAUNOJI, quem memini in Academia sua Parisiensi peculiarem centuriam Virorum ejusmodi produxisse. Audiatur invidia & contremiscat: fuisse & esse in Pomeranis Viros, qui intaminati verbi divini ministerio exactaque Polemosophia nō inficiandam Ecclesiæ operam præstiterunt præstantque: fuisse & esse, qui, quam late patet facultatum & disciplinarum Encyclopædia, eam studiis suis atque scriptis confecerint, adjuverint, illustraverint. Quam ergo à POMERANIS allatam publi-

publi-

publicam frugem si numeratam perlegere cives possint, non dubito fore quin animos in grates solvant DEO, pro præstita Prædecessoribus vitæ integritate & ingeniorum claritate: quin stimulos inde sentiant, & turpissimum arbitrentur tam recta exempla morum & eruditionis deserere. Si quid autem porro rei librariæ & litterariæ hinc forte poterit accedere, illud quoque ex posteritate Studiosis facem præferet, qua colustrati spatia facultatum & artium feliciter decurrant, atque vel sic in honorem DEI sese utiliores deinde ecclesiæ & reipublicæ præstent. Hoc sane consilium animique propositum hæret, eaque ratione fixum est, quam armatissima pietas vibravit. Deinde cum & dicente TULLIO omnes omnium caritates patria una sit complexa, facere non potui, quin si opera mea uti in eo velit, eam fidelem lubens meritoque navarem. Compellabo Te ô dulcis Patria! verbis JOANNIS BAPTISTÆ FERRARI: Floræ atque Hesperidum scriptoris florentissimi: tempus est, ut, matura jam ætate, fructum aliquem, ô patria, præbeam observantiæ in te meæ, vid. init. dedicat. ad Hesperidum libros s. de malorum aureorum cultura & usu. Etsi autem juxta cum auctore illo, de quo merito dubites, an flores hortus elegantiores fundat, quam quos FERRARIUS loqui atque scribere visus est, flores spargere me posse desperem, spargam tamen, sic persuasus, omnia tentantibus quædam succedere, & varia spargentibus, aliqua provenire. Er-

rant, qui in Vitis adeoque scriptis P O M E R A N O -
R U M simplicitate & integritate gratius quid requi-
runt. Toto cœlo errem, si aliter scribere intendam,
quam nostri vivunt, quamq; illis vivere DEUS, fata,
tempus & locus permittunt. Unum si assequar, in si-
nu gaudebo, ut P O M E R A N I Germaniæ gloriosæ
non inficianda, membra æquis æstimatoribus habeantur:
atque MELANCHTONI L. 4. ep. 4. edit. Lond. in fol. p. 621. S C A L I G E R O ep. 747. & D.
M E I S N E R O (cui tamen id iudicium ab apostata ne-
quissimo per calumniam affingi puto) apud JOACH.
W I L L I C H in dem verdächtigen Zug Gottes / das ist
rechtmässigen und billigen Zweifel / ob der wahre St. Ott M.
Laurentium Dugges zur Papistischen Kirchen gezogen.
p. 9. &c. &c. aliisque talia excidisse putentur. Opti-
mum Apologiæ genus est merita in lucem proferre,
eum quibus, si solida sint, quoniam scelera inertesque
conatus stare non possunt, ultro concidunt. Quippe
inimici sunt virtute torquendi, & quos DEUS dili-
git, eorum, (fremat Eurus & orcus!) amorem in
animos hominum, dignanter effundit, vid.
W I L H E L M U S Monachus M A L M I S -
B U R I E N S I S Rerum Anglicarum p. 128. Non
desperandum unquam, quin auspice DEO, qui vir-
tutem in vita coluerunt & colunt P O M E R A N I fa-
mam in sepulchris sint inventuri. Tibi adeo, mi DEUS,
Pomeranæ quoque gentis Pater atque custos, supplex
advolvor, ut mihi divini Spiritus gratiã vitæque, do-
nec Germanis de Germanis, Pomeranis de Pomeranis
fatisfe-

fatisfecero. Ibo, si iusseris, & quocunque vocaveris, non invitatus sequar: dudum namque in verbi tui præconio unice me operæ precium nosti constituere, modo & Tibi non displicere testeris, eaque mihi fata ordines, quò hoc $\omega\alpha\epsilon\epsilon\epsilon\gamma\omega$ pro condimento graviorum studiorum queam uti. Deinde vincetus victusque (solent qui ita orant, citius exorare) ad VOS accedo, quos venerabunda frons paginæ Salutat, GERMANIÆ GLORIOSÆ PATRES CONSCRIPTI, litterarum in communi patria antistites & interpretes, Vos & Ô CIVES atque POMERANI NOMINIS FAUTORES, Vobis institutum meum totum dedico, aperio, exhibeo, commendo.

ANACHARSI, Scythæ, contigit, ut mox sibi Solonis propitiaret animum cum se esse in patria atque ad se pertinere hospites facere contenderet: Vid. DIOGEN. LAERT. in vitis Philosophorum L. 1. p. 66. Quidni ego animorum vestrorum fiduciam habeam, qui mihi cum SOLONIBUS rem esse, & volo, & sentio, ac in eadem patria vobiscum verè versor, cuius inutile pondus ac degener civis videri debet, qui gloriæ ejus non consultum cupit quam optime. Quod dum facio, Vos reverenter atque obsequiose compello, ut in consilium eatis, huncce an hominem & hac ætate, quippe citra trigessimum adhuc agentem, scriptorem vestrum deligere velitis, an illam provinciam alii delegare. Sitamē & aliquod meum vobis forsan dulce videatur, laborque mihi hic suffragiis vestris decernatur, illud Vos etiam atque etiā oro, rogo atque obtestor, ut & contra Dispunctorum & maleferiatorum censorum judica consiliis vestris me muniatis, & ut auxilia vestra, sine quibus nunquam hujus operis absolvendi spem animo concipere

ausus sum , POMERANA, i. e. germana & integerrima
 FIDE luculenter præstetis. Nihil putabo mihi licere, nihil
 placere poterit, quod Vobis displicere intellexero : modo &
 Vos ostendatis , velle Vos scriptorem vestrum extra invidi-
 am esse atque reprehensionem. Monete, parebo. Scribam
 ut scriptum volueritis , & Pomerano nomini ea conducere
 existimaveritis : sic autem scripti condendi & conditi defen-
 sionem quoque omnem humeris vestris sum impositurus.
 Non debet privatis filis contexti, quod publico prætextitur au-
 læum. Conferte ergo, ó NOSTRI, serica, conferte quæso fila,
 peplo immortalitatis innectenda : vitas, fata, scripta POME-
 RANORUM, quotquot in Bibliothecis publicis privatisque,
 aut tabulariis aliis superesse meministis , quæ penes me aut
 Nostros esse dubitetis, horum plena indicia quæso date, aut,
 ut ad me deferantur prorsus, ingenue procurete. Vos quo-
 que, qui passim, superstites, de negotiis, & litteris præclare
 meremini , CIVES , quantum memoriarum vestrarum ad-
 huc missum est in litteras mecum , quæso, communicate.
 Nec cœlum reliquas stellas, quæ primæ magnitudi-
 nis non sunt, dedignatur, nec [pie confido] Orbis eru-
 ditus Pomeraniam litteratam inficiabitur.

PERVICIT PIETAS, CONCEDANT OMINA VOTIS.

Sequitur

DESIGNATIO OPERIS.

*I. ENARRATIO ALPHABETICA
 OMNIUM EORUM, QUI SIVE
 EX POMERANIA
 ORIUNDI*

*PARTIM IN PATRIA
 PARTIM ALIBI TERRARUM,
 SIVE EXTRA POMERANIAM*

NATI,

NATI,
HIC TAMEN ALIQUANDO DE GENTES,
SCRIPTIS EDITIS
INCLARUERUNT.

*ALPHABETICÆ HUIUS ENARRATIONIS
METHODUS,*

1. NOMEN
a. GENTILE, CHARACTERE MAJUSCULO.
b. PRÆNOMEN, CHARACTERE MINUSCULO ET IN PARENTHESI.

2. PATRIA.

3. TEMPUS.

a. NATIVITATIS.

b. MORTIS.

CUM EPITAPH.

4. OFFICIA PUBLICA
ET

UBI HABERI POTEST HISTORIA
VITÆ AC MORTIS,
GENEALOGIA, SI VIDETUR,

5. SCRIPTA

EORUMQUE

a. NOMINA s. TITULI.

b. LOCA EDITIONUM.

c. ANNI.

d. FORMÆ.

e. ARGUMENTA ETIAM,
SI VIDETUR.

f. CUM JUDICIIS QUOQUE
ALIORUM,
EULOGIIS,
CONTROVERSIIS.

II. INDICES

A. GEOGRAPHICUS,

LOCORUM, UNDE HIC - ILLE
VEL ORIUNDUS FUIT,

VEL

VEL UBI LITTERIS OPERAM DEDIT.
B. CHRONOLOGICUS,
à NATIS IN POMERANIA LITTERIS,
QUO ANNO HIC - ILLE SCRIPTA HÆC
ILLA EDIDERIT,
SICUTI MICRÆLIUS CÆPIT.

C. EPISTEMONICUS,
QUIS IN QUA PRÆCIPUE FACULTATE
AUT PHILOSOPHIÆ PARTE AC
SCIENTIARUM GENERE CLARUS FUERIT.

D. AXIOMATICUS,
DIGNITATUM AC OFFICIORUM
QUÆ HIS ILLIS CONTIGERUNT.

E. PRACTICUS.

EXEMPLA QUÆDAM
POMERANORUM

AD PRÆCEPTA PIETATIS & PRUDENTIÆ APPLICANS,
ET CUM ALIORUM EXEMPLIS CONFERENS,
UT COMPENDIUM ERUDITÆ PIETATIS
ET PIÆ ERUDITIONIS
FORSAN HABERI POSSIT.

APPENDIX.

SCRIPTA ANONYMA,
PSEUDONYMA
PUBLICE PUBLICA,
QUÆ NON AB UNO SOLO EDITA
SUNT,

SED à PLURIBUS
f. COLLEGIALITER,
f. IPSORUM PRINCIPUM,
AUCTORITATE
TAM AD SALUTEM REIPUBLICÆ,
QUAM BONI ORDINIS IN ECCLESIA
ERGO
CONFECTA SUNT AC TYPIS
EDITA.

S. D. G.

Coll. diss. A. 90, misc. 48